



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Sententia xv. Ioan. xiiij. Non turbetur cor vestrum, &c. xxxiiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

accepit. Disposuit autē aternus Pater Filio suo regnum, ut per crucem in gloriam suam intraret. Luca XXI. Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Sic oportet omnes Christianos prius crucem ferre, & deinde intrare in gloriam Dei. Nam qui non accipit crucem suam & Christum sequitur, non est ei dignus. Et Apostolus Paulus ait: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Disposuit autem sibi Christo D. N. regnum: primum in stabulis & praesepio: per exilium in Aegyptum: per peregrinationes, & tantam paupertatem, ut non habeat ubi caput reclinet: per conuicia & calumnias: per coronam spineam: per vulnera, denique per ignominiosissimam mortem crucis. Eius nos oportet insequi vestigia. Sicut ergo Pater, inquit, per tribulationes, labores & arduas disposuit mihi regnum: ita & ego vobis. Sed qui abunde compensabo. Neque enim simpliciter dispo- vobis regnum, sed regni mei plenum perfectumq. conseruium: nimirum ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: hoc est, cunctis vitæ futurae delitiis in summa gloria mecum pariter fruamini.

SENTENTIA XV. Ioannis 14.

Et ait discipulis suis: Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite.

PARACLESIS.

CAPVT
XXXIII.
Cor. I. ante
quod.

Exigit D. N. Iesus Christus, cum fide in Deum, etiam fidem in se: tum ut suis promissionibus fidem habeant, tanquam eius qui mentiri nequit: tum ut fiduciam suam in ipso, tanquam in Deo collocent: quia fiducia & fide omnem facile animi perturbationem, omniaq. mala superare possent, & participes fieri promissionum.

STI.

no regnum
a xxliii
re in glo
vrius cru
Nam qui
ur, non
lta: tribu
Dispositio
a in stabu
per regna
at ubi ce
y coram
iosissimam
gra. Sicut
& arum
Sed quae
er dispan
nq; conji
sam meam
uis in sum

vestram

in Deum
bus fides
um ut fi
nt: quia fi
nem, om
ri promiss
sionum

sententiam illius. Non enim cum fidem in se exigit, simplici-
ter tam fidem requirit, qua creditur esse Christus filius
Dei verum, & verax in suis promissionibus: sed & qua fi-
ducia in se collocetur, tanquam eo, qui etsi secundum cor-
pus eos esset deserturus, sua tamen eos Divinitate nun-
quam esset derelicturus. Hæc est enim Fides, de qua 1. Ioan. 5.
Ioannes scribit: Hæc est, inquit, victoria quæ vincit
mundum, fides nostra. Hæc est fides, quæ timorem & Psal. 26.
turbationem pellit a corde; iuxta illud Psalmista: Do-
minus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Do-
minus protector vitæ meæ, a quo trepidabo?

SENTENTIA XVI. Ioannis 14.

In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Si
quo minus, dixissem vobis: quia vado parare
vobis locum.

PARACLESIS.

Quis Apostolorum non metueret, cum Petro di-
ctum esset fidentiari atque promptiori: Non can-
tabit gallus, donec ter me neget? Tanquam ergo essent
ab illo perituri, merito turbabantur: sed cum audiunt,
In domo Patris mei mansiones multæ sunt, Si quo mi-
nus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum: à
perturbatione recreantur, certi ac fidentes, etiam
post pericula tentationum, se apud Deum cum Chri-
sto esse mansuros. Quia etsi alius est alio fortior, alius
alio Sapientior, alius alio instior, alius alio sanctior: in
domo Patris mei mansiones multæ sunt. Nullus eorum
alienabitur ab illa domo: ubi mansionem pro suo quisq;
accepturus est merito. Denarius quidem ille aequalis
est omnibus, quem paterfamilias eis qui operati
sunt in vinea, iubet dari omnibus: non in eo dis-
cernens, qui minus & qui amplius laborarunt:
quo

CAPVT
XXXV.
August.
Tract. 67.
in Ioannem

12 12 12
12 12 12
12 12 12

Matt. 10.